



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

144. An illegitimus occultus incurrat irregualritatem? Et an illegitimus
dispensatus simpliciter ad Ordines intelligatur solum ad minores Ordines
dispensatus? Et an dispensatus ad Ordines, sit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Cardinalium Concilij, declarante, teste Palao, ubi supra, homicidam voluntarium, & à fortiori quemlibet irregularem non esse pensionis incapacem, tamen Beneficij sit. Vide etiam Suarez de cens. disputat. 44. sect. 4. numero trigessimono, & Emanuele Sà, ver. homicidium, numero vigesimo, & mordicus hanc sententiam sustinet Gonzalez in regul. Cancellar. Glossa quinta, §. quinto, numero 24. & sequenti. ubi probat, illegitimum, si saltem sit prima tonsura initiatus, posse sine dispensatione obtinere Pensionem; & testatur ita servare sacram Rotam plures decisiones adducens; & ratio est, quia Pensio est, quoddam Ius temporale separatum, & per se distinctum ab ipso beneficio; unde privatus jure & inhabilis factus ad obtinenda beneficia, non est privatus jure ad obtinendas Pensiones; sed ut dixi Dataria existimat incapacem beneficij, esse incapacem Pensionis, & huic sententiæ ego adhaereo, non damno tamen negativam sententiam tanquam improbabilem.

6. Nota etiam quod illegitimus cui dispensatum est à Papa, ut possit obtinere beneficium Curatum, si postea efficiatur Religiosus, non potest sine nova dispensatione fieri Prælati regularis, ut docent plures quos citat & sequitur Barbosa in cap. nimis de fil. Presbyr. num. 3.

RESOL. CXLIV.

An illegitimus occultus incurrat irregularitatem?
 Et an illegitimus dispensatus, simpliciter ad Ordines intelligatur solum ad minores Ordines dispensatus?
 Et an dispensatus ad Ordines sit dispensatus ad beneficia?
 Et an dispensatus ad beneficium de uno, & simplici intelligatur?
 Et an ex vi talis dispensationis possit illegitimus obtinere aliud beneficium, primo relicto?
 Et an ex dispensatione ad Curata beneficia, censeatur dispensatio facta pro Canonicatibus, vel Dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, & principali Dignitate Ecclesiæ Collegiata?
 Et tandem docetur, quod si illegitimus non dispensatus ausus fuerit celebrare in Ordinibus susceptis, & si gravissime peccet, nullam tamen irregularitatem deinde contrahat, quia non ob violationem irregularitatis irregularitas contrahitur. Ex p. 10. tract. 13. & Milc. 3. Ref. 30.

§. 1. Negativè responderet Alphonsus de Castro, libro 2. de lege poenali, cap. ult. concl. 5. & hæc sententia firmari potest speciali textu, cap. Congruente de fil. presbyr. ubi hæc habentur. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si publicum est, & notorium Patrem R. Clerici habuisse in prædicta Ecclesiâ personatum, filium ejus ibidem ministrare, aut ejusdem Ecclesiæ per ausum sonarum habere, nullatenus patiaris, & si jam institutus est ibi, etiam inde non differas demandare. Idem prorsus habetur in cap. Quoniam, & cap. Ex tua nobis eodem per ea. Ut si constaret eos esse filios Sacerdotis, &c. Ex quibus textibus manifestè liquet, illegitimos natales impedimento non esse, quominus possit quis beneficium, seu Dignitatem adipisci, si sunt notorii, ac publici; ergo si occultis fuerint, inhabilitatem ad beneficia, vel Ordines quorum eadem videtur esse ratio, non inducent, cum à contrario sensu vim argumentum habeat. Confirmatur, quod circa hanc inhabilitatem ad beneficia lex Canonica publicos solum consideravit natales illegitimos, quos punit, non autem alios; exceptio enim firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis leg. Nam cum liquido, ff. de pœ Tom. V.

na legatus, & leg. quæstium 22. paulo ante §. Si quis fundum, vers. Idem respondit. ff. de Fund. instructo, & cum habeant esse de eodem, ut notatur frequenter à Doctoribus, non est dubium, quin ad rem nostram dicta regula faciat, demum addit ex cap. Innotuit de elect. ubi ut Glossa animadvertit, non ex solâ secreta confessione natalium illegitimorum habita ab Archidiacono Eboracensi, electo in Episcopum, sed ex notitia, quam Pontifex comparavit ex quibusdam suffraganeis, illud condidit decretum, &c. Ergo opus est, ut noticius sit defectus hic natalium ad inducendam irregularitatem. Et idè ex his novissimè Pater Gerunda de Episcopatu tom. 1. lib. 2. disput. 2. cap. 2. num. 3. existimat quod non est improbabile per defectum natalium occultè illegitimorum, non contrahi irregularitatem.

2. Sed, ego hoc non admitterem, cum talis opinio sit contra communem sententiam Doctorum, asserentium illegitimum quantumvis occultum, & communiter, legitimum reputatum verè irregularem esse, quia textus in cap. 1. & c. fin. de Filiis Presbyter. & aliis, absolute illegitimum ab Ordinibus excludunt, nulla distinctione facta de publico, vel occulto; Sicuti adnotatur Navar. cap. 27. num. 201 Covarruvias, Clem. Si furiosus, 2. par. §. 3. num. 4. Vgolinus de Irregularit. cap. 44. §. 1. Gutierrez, lib. 1. Canon. Question. cap. 13. numero 20. Sayrus, lib. 6. cap. 10. num. 36. Azorius, 2. par. Institut. Moral. lib. 6. cap. 3. quest. 23. Avila 7. parte de Censur. disputat. 3. dub. 6. concl. 1. Coninch, disputat. 18. dub. 12. in princip. Layman, lib. 1. Summa tractat. 5. parte 5. capite 5. numero 1. Bonacina, tom. 1. disputat. 7. quest. 2. par. 3. numero 2. Hurtado de irregular. difficult. 16. & alij passim. Et ad textus in contrarium adductos, præter alias rationes, assero, procedere in foro exteriori, non autem in foro interno.

3. Sed quia hic sermo incidit de illegitimis, multos casus de ipsis pro praxi breviter exponam. Dico itaque quod illegitimus dispensatus simpliciter ad Ordines, intelligitur solum ad minores dispensatus, Glossa in cap. litteras, verb. Ordinari, de filiis Presbytero, & in cap. ult. eodem tit. in 6. verb. Ad Ordines, Suarez de Censuris, disputat. 41. sect. 3. num. 3. Sanchez lib. 8. disp. 1. numero 26. Azorius 2. par. lib. 6. capite 3. quest. 6. & dispensatus ad Ordines non est dispensatus ad beneficia, quia sunt separabilia. Panormitanus in cap. litteras, num. 6. in fin. de filiis Presbytero. Sayrus, lib. 6. Theauri, cap. 10. num. 23. Azorius supra, quest. 5. Sanchez, num. 27. Barbosa allegat. 45. numero 6. Et dispensatus ad beneficium de unico, & simplici intelligitur. Barbosa, ibi Sayrus aliis relatis num. 23. & 32. solum est dubium an ex vi hujus dispensationis possit illegitimus obtinere aliud beneficium primo relicto? Negat Covarruvias in 4. Decretal. 2. par. cap. 8. §. 8. num. 5. vers. 6. Sayrus, libro 6. cap. 11. in fine, & alij relati à Sanchez, lib. 8. de Matrim. disp. 31. num. 6. ed quod dispensatio sit stricti juris & strictè intelligenda: & facit Textus in cap. 1. §. Ille verò. de filiis Presbytero, ubi dispensatus ad Beneficium potest unicum tantum obtinere. Sed contrarium scilicet posse successivè plura Beneficia obtinere; probabile est, cum enim quilibet possit plura Beneficia simplicia, quorum quodlibet congruè sustentationi non sufficit, obtinere absque dispensatione, illegitimus secundum communem sententiam hac potestate privatur, ac proinde etsi dispensatus sit ad beneficium, non censetur dispensatus nisi ad unicum tantum, uti explicat Sanchez aliis relatis dicto lib. 8. de Matrim. disputat. 51. num. 11. Neque item ex dispensatione ad Curata beneficia censetur dispensatio facta pro Canonicatibus vel dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, quia sunt om-

Sup. hoc in tom. 3. tr. 2. Ref. 54. & in aliis ejus primæ not.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 2. Ref. 54. & in aliis ejus primæ not.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 2. Ref. 54. ult. ad lin. 3.

ninō diversa, & propter eorum qualificationem debent necessario exprimi. Ob quam rationem sub dispensatione etiam generali ad quaecumque Beneficia non comprehenduntur; uti advertit Barbosa *dicta alleg. 45. num. 8. & 9. Sayrus, capit. 10. numero 26. & 27.* Nec sua dispensatione ad Dignitates comprehenditur dignitas major Ecclesie Cathedralis, & principalis Ecclesie Collegiatae. Et hæc omnia docet etiam Castrus Palas *tom. 6. disp. 6. punct. 9. n. 5. qui n. 13. docet etiam quod si illegitimus non dispensatus ausus fuerit celebrare in ordinibus susceptis, et si gravissime peccet, nullam tamen irregularitatem denud contrahit, quia nullibi est statuta, Sicuti non est statuta servis, & corpore vitatis, eo quod absque dispensatione ordinati, in susceptis Ordinibus ministrant, non enim ob violationem irregularitatis irregularitas contrahitur. Sicuti tradit Innocentius in cap. si celebrat, numero 3. de Cleric. excommuni. Ministr. Navarrus, cap. 27. n. 153. & 194. Gregorius de Valentia, tom. 4. disp. 7. quest. 19. part. 2.*

RESOL. CXLV.

An irregularitas homicidij tollatur per Baptismum?

Et an per Baptismum tollatur omnis irregularitas præterquam ea, quæ contracta est, ex defectu Sacramenti, ut bigamia? Ex p. 4. tract. 2. Ref. 51.

§. 1. **M**Ordicus negativam sententiam tenet Vgolinus de irregul. cap. 56. §. 7. n. 4. ubi ex pluribus rationibus illam conatur defendere, sed adversus illum insurgit Villalobos *tom. 1. tract. 21. diff. 7. num. 2.* ubi sic asserit: [De la irregularidad que nace del homicidio cometido antes del baptismo ay dificultad. Vgolino dice que no se quita por el baptismo, que este solo quita la culpa y no la irregularidad, mas la contraria sentençia tienen casi todos y consta de un testo cap. si quis vidua dist. 50. aunque no es muy fuerte, porque se trahe por argumento a contrario sensu. Y aunque estando in puncto juris se podria defender loque dize Vgolino mas esta es mas probable y se ha de seguir en practica.] Ita ille. Vide etiam Hurtado *disp. 2. de irregul. diff. 20. num. 64.* & novissimè Ioan. Honorium in compend. juris canonici. lib. 5. tit. 39. num. 111. ubi sic ait: Tollitur Baptismo omnis irregularitas etiam ex homicidio contracta, præterquam ea quæ contracta est ex defectu Sacramenti, ut bigamia. Ita ille, & novissimè Petrus Cornejo in 3. part. D. Thome tractat. 5. de irregul. disp. 1. dub. 4. q. 5.

RESOL. CXLVI.

Quædam notabilia circa irregularitatem bigamia.

Et inter alia, quæ inferuntur, & explanantur circa hoc, tandem queritur pro praxi, an ducens feminam a se deservatam incurrit irregularitatem? Ex p. 4. tract. 2. Ref. 38.

§. 1. **A**N laicus bis contrahens, sed cum altera, vel cum utraque invalidè, aut invalidè contrahens cum vidua, efficiatur irregularis, non constat apud DD. nam aliqui in omnibus his casibus affirmant, alij in quibusdam, in alijs negant; sed, ut verum fatear, nemo jus aliquod adfert, quo illo ex his casibus irregularitatem contrahi clatè probetur. Hinc inferitur primò laicum contrahentem bis invalidè, non esse irregularem. Secundò si clatè contrahentem secundum matrimonium, aut cum vidua, neque etiam in irregularitatem incurtere. Inferitur tertio etiam laicum contrahentem secundum matrimonium invalidè ob alium defectum minime irregularem esse, & hæc omnia docet Coninch *disp. 18. dub. 11. nm. 101.* licet

hoc ultimum cum aliqua formidine asserat: verum illud docet Hurtado *disp. 2. de irregul. diff. 13. n. 41.* Vide etiam ad supradicta stabilienda Avilam *parte 7. disp. 8. dub. 1. & 2.* cum Henriquez lib. 12. cap. 6. numero 9. Turriano de censur. libro 9. disputat. 70. dub. 2. & Præpositus in 3. part. quest. 5. de irregul. dub. 7. num. 135.

2. Notandum est hic obiter pro praxi, quòd ducens feminam à seipso de floratam non incurrit irregularitatem. Ita contra non paucos, docet ex Sanchez ex la. Turrianus *loc. cit. & Præpositus in 3. part. quest. 5. de irregul. dub. 1. num. 133.* cum Petro Cornejo in 3. part. resolut. tract. 5. de irregul. disp. 10. dub. 2. num. 4. & ratio est, quia in tali casu neuter dividit carnem suam nec vere, nec interpretativè, cum illa non fuerit à pluribus cognita, sed ab uno & eodem,

RESOL. CXLVII.

An qui fornicatus est cum femina, si illam postea in uxorem ducat, possit fieri Clericus conjugatus? Ex p. 7. tract. 12. & Misc. 3. Resol. 19. alias 17. §. Ad faciendum.

§. 1. **V**idetur prima facie negativè respondendum, Sapienter quia talis est bigamus; Etenim non solum sollicitudine ad vitandam bigamiam requiritur etiam, quòd sit virgo, tempore, quo contrahitur matrimonium; ergo si ve à se, live ab alio prius corrupta fuerit, deficit ratio sacramentalis significationis; nam sponsa significat Ecclesiam, quæ est virgo non habens maculam, neque rugam, ad Ephes. 5. Hoc inquam non officit. Et ad Antecedens respondetur distinguendo illud; Requiritur quòd sit virgo quantum ad effectum, ut non dicatur corrupta, aut cognita ab alio, concedo Antecedens; Requiritur quòd sit virgo, tempore quo contrahitur matrimonium, id est non cognita, neque etiam ab eo, cum quo contrahitur, nego Antecedens, quia hæc ut supponitur nunquam divisit carnem suam in plures; unde in hoc matrimonio salvatur ratio sacramentalis significationis: est enim matrimonium unius cum unica, quæ carnem suam non divisit in plures.

2. Dicendum est igitur in tali casu Clericum illum non esse Bigamum, & irregularem, quia non divisit carnem suam in duas, nec illa in duos, cum ab uno tantum cognita sit; ergo benignè interpretando. Hic dicitur Virginem duxisse uxorem, qui à se ipso corruptam in uxorem duxit. Nam illa nulli alteri, nisi uni, corporis sui potestatem tradidit. Ita præclare D. Thom. 3. part. in Add. quest. 66. art. 3. ad 2. Sylvest. ver. Bigamia, num. 1. vers. 7. Vide Sayr. de Cens. lib. 6. cap. 4. num. 17. Stephanum Baunium in Theolog. Moral. tom. 2. tract. 11. q. 13. Ioann. Præpositus in 3. part. q. 5. de irregul. dub. 7. num. 133. & Sanchez lib. 7. disp. 84. num. 14.

RESOL. CXLVIII.

An Clericus secularis sacris Ordinibus initiatus, si contrahat cum Virgine incurrat irregularitatem bigamie, vel an bigamia similitudinaria tantum contrahatur, quando quis post votum solemne castitatis contrahit matrimonium, quatenus cum Virgine, quæ tantum locum habet cum Religioso, & non cum seculari in Sacris initiatio? Ex p. 4. tractat. 2. Ref. 39.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Petrus Cornejo in 3. part. D. Thome tract. 5. de irregul. disp. 10. dub. 2. quest. 5. Avila *part. 7. disp. 8. dub. 1. & 2.* Præpositus in 3. part. quest. 5. de irregul. dub. 8. num. 136. Toletus lib. 1. cap. 26. num. 7. Valentia *tom. 4. disp. 7. in quest. 19. punct. 3.* Emanuel Sà ver. irregularitas, ubi de bigamia